



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

*Moguntini
Super viola-
to gentiū ju-
re querela.*

Doctoris, aliorumque nonnullorum, qui peculatūs, aut proditionis rei erant, causam probarent, nullam nisi Saxoniam opem expeterent. Moguntinus ꝑ literas ad Electorem Saxoniae de injuria gentium, & Romani Imperi Juribus laesis graviter queritur. Deputatorum Erfurtensium liberationem urget, ast ille, comiter licet, nihil ad desideria respondet.

XIII.
*Alii Legati
Erfordiam
mittuntur.*

Interim ꝑ alios Legatos Moguntinus Civitati submittit. Hi postridiē omnium sanctorum feliciter appellant, nisi quod cum de nocte ad portam venissent, ac omnia suspicionibus horrerent, ad diluculum palare ante Urbem debuerint. Cum his per literas Erfurtenses ad fidem servandam, & valla diligenter custodienda hortatur, simul de auxiliis certos esse jubet.

*Aucta ex
hinc Saxonū
indignatio.*

Legati postero die Curiam ascendunt, atque mandata exponunt, auditi pronis auribus à plerisque, sed multis ingrati, qui libertatis pericula delictis suis obtexere non desierunt.

*Laurentius
Herbip. E-
piscopus se
interponit.*

Aucta ꝑ Saxonum indignatio, quod Civitas Moguntinos admiserat. Ipsi etiam Electores sibi querelas movent, quibus sopiendis Laurentius ꝑ Herbipolensis Episcopus, Franconiae Dux

*Mülhusii cō-
ventus indi-
citur.*

fidelem curam adhibuit, ac effecit, ut Mülhusii ꝑ conventus indiceretur. Ibi Moguntinenses Legati fontem mali corrigendum esse ꝑ graviter demonstrant, præmittendam causæ cognitionem, vo-

*Moguntino-
rum propo-
silio.*

cau-

candos ad calculum fisci præfectos, in eorum fraudes & perversam administrationem inquirendum, ut qualiter ærarii vulnera sananda, atque ab his scopulis posterum cavendum sit, appareat. Ast † Saxonici, Senatam non auditum, minus convictum, auctoritate suâ spoliatum ante omnia restituendum esse contendebant. Velle hoc Pontificias & Cæsareas leges, quibus cum satisfactum erit, & puniti turbarum auctores, tum demum ad causæ cognitionem descendendum: Contrà Moguntini: † Senatam auctoritate suâ destitutum sibi nondum liquere, aliud curiam loqui, nisi quod fugitivi quidam ad turbas secesserint. Prætereà tristem eventum, & aperta satis facinora, suspecti Senatam postulasse, num, quam suspensionem leges, ante causæ cognitionem privatorum utilitati indulgent, Collegiis & communitati deneganda sit? Kellnerum, hujus enim captivitatem sat apertè Saxones notaverant, non minus atroci falso, quam crimine, inconsultâ Civitate, nomine ejusdem quædam peregrisse, atque ingenti sacrilegio privata placita Sigillo Reip. roborasse. Hunc & similes pristinae potestati atque sigillo restituere, quid foret aliud, quam suis latibulis reddere latronem, ut pendente causæ cognitione continuare scelera possit. Demum non concordiam sed turbas in irritatâ ingentibus damnis communitate

ex-

Saxonum desideria.

A Moguntinis refutatur.

*Saxonica
consilia nu-
dantur.*

*Conventus
sine fructu
solvitur.*

XIV.

*Legati in se-
nate acta
conventus re-
ferunt.*

*Comunitas
redditiones
rationum
denuò ur-
get.*

*Legati Mo-
guntini cir-
cumveniun-
tur.*

excitandas, si præmaturâ illâ sententiâ
condemnetur. Saxonici Dominorum
mandata prætendentes opinioni suæ per-
tinaciter inhærebant, de captivorum li-
beratione interpellati nihil de his sibi com-
missum, ac interrogati, cur Moguntinâ
Erfordiam iter persequi liberum non es-
set? se causam nescire, cæterum Domi-
nos suos in ipsa Urbe jurisdictionem etiam
habere ajebant. His inexpectatis Mogun-
tini sollemnissimè contradixerunt: nova es-
se, & inaudita, Saxones aut Thuringia
Landgravios in Erfordiensî Civitate Ele-
ctorali Moguntinâ, jurisdictionem præ-
tendere. Cumque his conatus suos, &
consilia Saxones nudassent, † ille conven-
tus interruptus est.

Legati Moguntini † Erfordiam profe-
cti, in Senatu acta conventus referunt.
Ille præsentibus electis se ordine suo, gra-
duque senatorio nequaquam destitutum
professus est, nec claves aut documenta
sibi erepta: hæc civibus sed sponte mon-
strata, sub pristinis feris adhuc custodiri.
Ista domui Saxonicae scribi velle. Insta-
bat communitas, ut tandem principale
† negotium, discussis administratorum
ratiociniis initiaretur. Legati diem indi-
cunt, quo ad Curiam venire, atque au-
dire rationes vellent. Senatus se para-
tum respondet, unum autem Legatos
haud gravatè concessuros: † invetera-
tam huic Civitati, multisque jam sæculis
fir-